

PRÆFATIO.

genſi, aliisque Imperii conventibus dexterrimè ac feliciter egit, largiter retribuat, utpote cuius virtuti atque prudentiæ poſt DEUM immortalem tribuendum cenſeo, quod ocio hoc cui per DEI gratiam reſtituti ſumus, florentes vigentesque utamur fruamur. Hæ cauſæ ſunt VIRI PRUDENTISSIMI, quæ mihi imperarunt, ut quantum fieri queat, Iſtorum veſtigiiſ inſiſtam, quo illis, ſi Fata tulerint, ſuccedere poſſim; cum autem maxima ex parte ex VOBIS hoc pendeat, VOBIS etiam hæc animi mei ſenſa per hanc occaſionem, hac, quantulacunque eſt, devotiſſimi animi mei teſſera ſignificare volui, qui utique velle debui, ut conſtare poſſit, eo pro virili me incumbere, ſtudiorumque meorum curſum tendere, quo aliquando Reſpublica in partibus ejus benignitate Veſtra mihi credendis gubernari queat. Accipite igitur VIRI MAXIMI levidenſe & exile hoc ingenii mei monimentum, quo ſubmiſſam animi ſubjectionem atque devotionem profiteor, me VEſTRI Obſervantiſſimum admittite, gratioſo etiam Patrocinio VEſTRO mihi meisque ſtudiis favete. Quod ſuper eſt, finio in Voti pietate: DEUS VOS Reip. Patriæ incolumes quam diutiſſime ſervet, & omni felicitatis genere cœlitus augeat. Ita vo-veo, votum ſecundet, qui poteſt noſtrum DEUS. Dabam ex Muſæo VI. Calend. Julij. ANNO M DC LIX.

A. A. A. & P. P. P. V. V. V.

Devotiſſimus Client,

DANIEL RHEMUS,
Difſertationis Autor.